



IMPORTANTE DECISION

Romae, 3 januarii 1918.

Commissione Pontificia per l'Interpretazione del
Codice di Diritto Canonico

EMINENTISSIME PRINCEPS,

Ad dubia proposita a Revmo Ordinario Campivallen (Valleyfield), et ab Emtia Tua Revma transmissa h. Commissioni, nempe:

I Utrum pueri, qui etsi septimum aetatis annum nondum expleverunt, tamen ob aetatem discretionis, seu usum rationis ad primam Communionem admissi iam fuerint, teneantur duplici praecepto confessionis saltem semel in anno, et Communionis semel in anno, saltem in Paschate?

II Utrum canon 1252 iam ubique obligandi vim habere inceperit, non obstantibus legibus particularibus, etc.?

Emus Card. Petrus Gasparri Commissionis Praeses respondet:

Ad I affirmative.

Ad II affirmative.

Et ratio, quoad primum dubium, in aperto est. Nam quamvis can. 12 statuatur: "Legibus **mere** ecclesiasticis non tenentur. . . qui licet rationis usum assecuti, septimum aetatis annum nondum expleverunt", subdit tamen "nisi aliud in iure **expresse** caveatur". Iam vero in can. 859 § 1, et 906 **expresse** cavetur: "Omnis utriusque sexus fidelis **postquam ad annos discretionis, idest ad usum rationis pervenerit, etc.**"

Quae dum communico, Eminentiae Tuae Revmae cuncta fausta a Deo adprecor.

P. CARD. GASPARRI.
ALOISIUS SINCERO SECRIUS.